



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

petendam, interim non currit, ut habetur in statuto Bononiensi posito fub rub. de causa reductionis &c. & per Fede. i. conf. 5. incip. super co. & per Roma. in rub. de arbit. col. 25. & expedita causa abolitionis corā dicto Vicario potest pōt peti laudum reduci ad arbitriū boni viri, & hoc potest fieri solum coram do. Vicario Potestatis, uel coram iudice Aquilā, qui sit per hoc iudices competentes esse dicitur, & nō corā do. Vicario Episcopi, ut in dicto statuto cauetur. Et quāvis in casu nostro ille, qui uult petere laudū reduci ad arbitrium boni viri, sit clericus, tū ipse tanquam actor debet sequi forum rei c. cum sit. & c. si clericus. de foro cōpet. & consequēter cum reus sit laicus, nō corā Vicario Episcopi, sed corā Vicario Potestatis, ut corā alio iudice seculari debet super reductione laudi ad arbitriū boni viri trahi, & ita cōcludunt doc. cōiter in c. quinquauallis. de iureiur. & in c. debitores. cōd. tit. & habetur per Bart. in l. si faciatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & † licet idem debeat esse index iudicii preparantis, & preparati, & consequenter idē index, qui super abolitione cognoscit, debeat esse index iudicii preparati, tamen hoc fallit, quoties absolutus à iuramento, uel qui se absolui peti, uellet se fundare in aliquo remedio, qđ solum ex statutis laicorū cōpeteret, ut uoluit Felin. in c. i. col. 12. ibi 6. quę ro extra de iureiur. quia tunc petita, & impetrata abolitione debet agi coram seculari: sed qđ laudum arbitri peratur reduci ad arbitriū boni viri, non est de iure ciuili, nec canonico, quia solū laudum arbitratoris de iure cōi potest peti reduci ad arbitrium boni viri ad tradita per Abb. in d. c. quinquauallis. & laudum arbitri solum potest peti reduci ex forma statutorum laicorum, ut in dicto statuto habetur, ergo hæc reductio debet peti, & fieri coram iudice seculari, & nō coram ecclēsiastico, coram quo absolutio petita fuit, & ideo statutu uoluit, qđ facta abolitione à iuramento laudū possit peti reduci solum corā Vicario Potestatis, uel iudice Aquilā. Pronunciandum est itaq; malē fuisse iudicatum per do. Vicarium R. D. Episcopi, qđ nō potuit, omisso abolitionis articulo, sup exequutione laudi pcedere, nec cognoscere. Laus Deo.

S V M M AE.

- 1 Aetas quomodo probetur.
- 2 Aetas maior facilius, quam minor per testes probatur.
- 3 Aetas minor per quos testes probanda.
- 4 Aetas minor quomodo per aspectum probari debeat.
- 5 Minorem se esse quando non per testes, sed per instrumentum tantum, & quando nec per testes, nec per instrumenta probare possit is, qui se maiorem esse iuravit.
- 6 Statutum generaliter loquens debet secundum ius commune, & ne iuri communi adversetur, interpretari.
- 7 Contractus minoris iuramento non firmatur, ubicunque statutum non solum prohibet minorem sine certa solemnitate contrahere, sed etiam prohibet iuramentum praestari.
- 8 Secus, si solum annullare, & irritare iuramentum praestitum.
- 9 Filius cum iuramento promittens sine consensu patris obligatur, etiam si stante statuto, quod promissio facta per filium familias sine consensu patris etiam iurata non valeat.
- 10 Statutum de contractibus minorum volens contractum a minore absque certa solemnitate factum esse nullum, et si iuratum fuerit, esse exorbitans, & non extenditur ad eam, in quo tempore contractus quis praesumebatur maior, sed solum habet locum, quando quis per minor contraxit, & tunc contractus minor apparebat.
- 11 Super iuramento, seu actu iurato fecerunt non disponent.
- 12 Iuramentum in Deum dirigitur, & legi civili non est subiectum.
- 13 Dispositio ad pias causas legi civili non subicitur, & de ea statutum, aut lex civilis nihil potest disponente.
- 14 Minor cum iuramento contrahens, non servata statuti solemnitate, obligatur, quamvis statutum dicat, quod contractus minoris sine dicta solemnitate etiam cum iuramento non valeat.

15 *Idem*

